

/ Admodum Illustris, et admodum Reverende Domine. Accepi litteras tuas, et Deo gratias egi, quod accenderit cor tuum ad amplectendam, et propugnandam veritatem. Ex quo intelligitur, priorem tuam sententiam non fuisse fundatam in asserendi voluntate, sed in opinionione, quam hic habebas de negotio, quod in controversiam vertebatur. Quamvis autem in conventu hominum doctorum, qui habitus est Goae, plures assenserint Archiepiscopo Goensi, quam Archiepiscopo Granganotensi, accepi tamen, multos viros doctos, qui ad conventum illum vocati non sunt, scripsisse sententiam suam, eamque optimis rationibus confirmasse, et ad Summum Pontificem per viam Lusitaniae misisse. Et quamvis Archiepiscopus Goae miserit hominem quemdam suum per viam brevior, qui jam hic Romae est, et litteras, atque alia scripta miserit, et mihi etiam scripserit, et persuadere conatus sit, Robertum Nobilem esse nimis audacem; tamen tandem veritas vincet. Expectamus ex Lusitania non solum, quid de praesenti controversia Goenses sentiant, sed etiam quid sentiant alii permulti, quorum scripta per Lusitaniam ad nos mittentur. Ego vero non possum non magnas agere gratias tibi viro optimo, et doctissimo, et precari a Deo praemium sempiternum, quod libere sententiam dicere volueris, et mihi etiam scribere aperte quid sentias, ut Summus Pontifex omnia vere sciat, et definiat quod ad majorem Dei gloriam, et Ecclesiae utilitatem esse censuerit. Vale, et pro me Dominum Deum ores, ut hominem jam pene octogenarium de hoc ergastulo eruat, et ad patriam dulcissimam laetissimamque perducatur. Romae die 22 Decembris 1620.

Rome, 25 décembre 1620. Bellarmin à Antoine Cervini.

2337

/ Molto Ill/re Signor Cugino, Ringratio dell'annuntio delle
buone feste: et io le prego à lei et à tutta la sua casa centupli-
cate. Il signor Marcello ogni volta che verrà, sarà il ben venuto:
et se vorrà ancora pentirsi di andare in altra casa, et gli piacerà
5 venire in casa nostra, sarà sempre il ben venuto, che io non voglio
altro che la sua maggior commodità. Con questo prego à V.S. et à
tutta la sua casa ogni felicità. Di Roma li 25 di Dicembre 1620.

Di V.S.m/to Ill/re

Cugino aff/mo per servirla

Il Card/le Bellarmino.

Al m/to ill/re Signor Cugino il Signor Antonio Cervini

//////

Montepulciano

(cachet)

Mss. Cervini 53 fol.181. Orig. autogr.